UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Trinitatis Collegivm Canonicorum saltu Vicennarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

tiquiſsimum habetur templũ *S. Stephani Græcorũ*, in quo hodie eſt collegiũ Canonicorum & parochia, olim intra, nunc extra vrbis muros. Tradunt id dedicatum fuiſſe à *S. Dionyſio* Ep. Pariſienſi, quem volũt Areopagitã fuiſſe, atque è Græcia cum ſuis in Galliam veniſſe. de qua re vide Iacobum Breulium lib. 1. Antiquitatum Pariſienſium.

S. TRINITATIS COLLEGIVM Canonicorum in ſaltu Vicennarum.

ALtero ferè lapide à Lutetia Pariſiorum eſt nemus ſiue ſaltus Vicennarum muris vndequa que cinctus in vſum Regiæ venationis. In dicto ſaltu viſitur arx Regia, cuius ſacellum Carolus V. Galliæ Rex condidit in honorẽ Sanctiſsimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, addito Canonicorum collegio: Diploma fundationis anno 1379. datum, exſtat apud Chopinum lib. 1. de ſacra Politia tit. 8. Dotem auxit poſtea eius filius Carolus VI. anno 1408.

CAPVT VI.

S. MARIAE TORNACENSE COLLEgium cathedrale in Belgio.

HVius vetuſtiſsimæ Eccleſiæ velut auctor & parens habetur *S. Piatus*, Neruiorum Apoſtolus, qui Diocletiano & Maximiliano